Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

Maius 1563

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

MAIVS.

j. 5. 63.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Maximilianus etc.

XXI. 74 Quod rebus nostris feliciter omnibus confectis, saluos nos et incolumes patriam tandem redijsse V. Deuotio tantopere lætarij lris ad nos suis declarat: quod item cætera nostra consilia omnia non minus foelicia et ex uoto succedere tantis animi conatibus precatur: ea sane haud uulgaris V. Dis erga nos obseruantiæ et amoris testimonij loco posita benignissimo plam animo ab illa suscipimus, spei optimæ quam de nostra in se Clementia retinet, abunde cum res feret, responsuri.

Cæterum Equum etiam, quo nos pterea donandos V. Do duxit abundantius quoq; suam in nos uoluntem eo testificans, cum et perpulcher sit, et nostro usui commodus, acceptum nobis gratumq; fuisse munus ut V. Do intelligat per occasionem pro nostra item benignitate libenter curabimus. Dat Vionnæ 5 Maij Anno 63o.

Ad Mathiam Brumanũ
Epum Zagabrien.
Lrarũ et Equi donati
Recepisse
Maximilianus
75

A Rmũ Dn V. ob egregia sua erga Cæsarea Mtem Genitorem et Dnum nostrum obseruantiss. et nos ipsos etiam obseruantiæ et beneuolentiæ studia, antehac ualde amauimus, et præterea ob singularem, quibuscunq; in rebus prudentiam,

mq; Rep. præsertim grauiter iuuanda pietatem plurimi semper fecimus: ita nunc de eius in Germaniam Legatione edocti, eandem quoq; compleitendi summo desiderio tenebamur.

Quod cum hac et tpis et loci occasione aduersante, ex animi uoto non expleuerim, lenijt tamen magna ex parte ista constans et propensa R. V. D. in nos uoluntas per lras eius tam euidenter tamq; studiose comprobata. Itaq; hac quidem beneuolentia semper memoriæ commeridata, quem pterea uere paternum S. D. Ponti.cis Max. in nos animum eisdem, quam eius ipsius etiam Sanitatis ex literis intelleximus, quibuscunq; tandem obsequentis ~~reuerentisq;~~ filij officijs conseruari nobis studiosissime semper curabimus.

Cuius nostræ uoluntatis cum apud eius Sacr.tem testem locupletissimum V. D.nem fore minime dubitemus, in ea nunc copiosioribus uerbis declaranda diutius non immoramur.

Cæterum pro suarum insignium uirtutum merito R. V. D.ni de mortui nuper Reuerendiss. Cardinalis Mantuani locum ab eodem S. D.o Pont.ce Max. ad Concilium Legatum esse surrogatum, nos sane non tam uestræ Do. quæ his etiam maiora multò iampridem meruerit, congratulamur, quam totius orbis Christiani nomine lætamur, Vt ad quam ex ista dignitate uberrimas fruges redundare intelligimus. Quod igitur à R.ma Do. Vra eo loci posita non ipse solum Sum.us Ponti. sed omnium fere hominum uota confidenter sperant: Quod item Christianitati tantopere ~~tantopere~~ necessarium

obtingat: Quod Sacra deniq; Caesarea Mtas una secum tam anxiè tamq; sollicitè laborare iudet Re^ma Do. Vra Sanctae Ecclesiae, atq; tam miserè affectae Religionis negotium ut curae sibi maximae habeat, uiresq; suas omnes Amplissimi illius tot pijssimorum Patrum conuentus p̄sidio adiutas, nid exerat, ut ad tam diu exoptatam tranquillitatē et concordiam tandē id negotij reducatur; ipsi quoq; peramanter expetimus: nostra insuper ope et beneficentia, quanta possumus maxima, non in hac solum re, sed quacunq; p̄terea usui ipsi esse possit Vrae Do^ni libentissimè et benignissimè adfuturj. Quam deniq; diu feliciterq; ualere magnopere desideramus. Viennae 6 May Ao 1663.

Ad Cardi. Moronum. Congratulatoria, quod in locum demortui Card^lis Mantuani, ad Concilium Legatum, et Pont. Max. surrogatus sit.

~~de eius in Germania futura Mantuani legatione congratulatoria~~ (amissa futura)

Beatissime Pater

XXII 76

Virtus, prudentia, pietasq; p̄clara, et de Christiana deniq; Rep^ca optimè merendj desiderium Reuerendiss^i in Chro Patris Cardinalis Moroni, amici nostri charissimi, cum eum Reuerendissimo Mantuano Cardinali in Legationis ad Concilium munere à V. S^to suffectum intellexissemus, maximam illicò in spem Nos exexêre, fore ut tanti Viri consilium et operam extremae huic Ecclesiae necessitati magnum p̄sidium et adiumentum esset allatura. Itaq; tam paternam et benignam Vrae S^tis curam et sollicitudinem ex eo officio deprehensam, summopere ~~sum~~

Ex correctione ipsius Regis manu addita

laudamus ~~uenerabilis~~: ipsum uero Cardinalem iampridem mihi adamatum in plectendi occasionem sumè exoptabamus: neque quicquam est, quod ego libentius, alacriusque prestitissemus eo, quod de illo condignè et excipiendo et tractando ~~me~~ Nos V. Stas admonet, hac potissimum ratione, ut ~~meam~~ nram erga Vam Statam animi deuotionem preclarius in ipso attestaturus, et de ijs insuper rebus, quae ad communem Christianorum salutem pertinent, et ~~meo~~ nro etiam animo indies magis ac magis obseruantur comodius et liberius cum eodem communicaturus. Veruntamen cum res nunc quidem aliter tulerit, in hoc nihilominus unicè mentem intendamus, ut quod ~~mei~~ nri de caetero erit officij id à ~~me~~ Nobis tam V. Sti quam Sanctae etiam Sedi Apostolicae prestetur ea ut par est sedulitate. Dat. Viennae 7 Aprilis Maij 63

Ad Summum Pontificem Commendatio.
Cardinalis Morsonij
Maximilianus &c

77

~~Illustris, syncere nobis dilecte Princeps et consanguinee.~~
Buxum nobile illud ligni genus, cuius tuae Dilectionis tellurem feracissimam esse nobis ostenditur, nostris in prouincijs summopere desideramus. Quapropter has ad T. Dilem ferentem qui eiusmodi lignorum negotiacionem istis in partibus diu exercuit, Mercatorem Germanum eidem Tuae Dil. etiam atque etiam comendamus, petimusque amanter et sedulo, ut illi eiusmodi merces non solum isthic liberè comparare, verum ad nos etiam tutò auehere licere, per magistratus suos T. Dil. mandato suo curet atque iubeat. Eiusmodi

aut ex commercio debitis T. Dil.i vectigalibus et tributis nihil
plane detrahi volumus. Erit hoc, si nra commendationi con-
cessum animaduerterimus, magnopere gratum, et Tuae Dil.i
in nos optimae semper Voluntatis testimonium, mutua nostra
beneuolentia; quam paratam Ipsi benigne deferimus, pla-
ne dignum Datae. Viennae 9 Maij Anno 63.

Ad Ducem Subaudiae.

(Et harum ostensori Buxum libere comparere;
et huc tuto auehere, apud Magistratus suos
curet atque iubeat.)

~~Maria Romanorum Regina &c.~~

Maria Rom. Regia. Syncera et candida animi et officiorum testimonia, cum ab ijs
quos nostra beneuolentia prosequendos ducimus, nunquam non
grata nobis accidant: equidem non est, cur E.D.V. credat,
Suae nostra de Regia Romanorum dignitate tam studiosae
congratulationi quicquam detraxisse tarditatem, quo minus eam
benigne ab illa susciperemus: Quin id potius existimet, ista tam
sedula suae voluntatis testificatione nec opus apud nos fuisse: ut
quibus illa iam antea, tam ex singulari, qua augustissimae me-
Diuus Rom. Imp. Carolus quondam Genitor et dominus
noster Clementiss. optimos V. D.is maiores semper est am-
plexus, benignitate, quam ex eorundem egregijs erga illum
promeritis plus satis perspecta esse potuit. Veruntamen
eadem nos mentis hilaritate, qua congratulationem istam

officij et obseruantiæ plenam agnoscimus, ipsi quoq; V. Dni de amplissima ista, qua à S.D. Pont. Max.o ornatam accepimus Cardinalatus dignitate nunc quidem congratulamur, de cætero parem cū Diuo parente nro in laudatiss. Vestram familiam, animi beneuolentiam. V. quoq; Dni Libenter conseruaturj, Cuius præterea salutem et incolumitatem Dei immortalis curæ et protectiorj sedulo commendamus. Datum. Viennæ 9 May Anno 63.o

Ad Card.lem Ferdinandum de Medicis.
Congratulatoriarū de Rom. Regia dignitate. Recepisse.

Maximilianus

Maximilianus

79

Haud vulgare a multo iam tempore Buxus commercium in V. Serenitatis Regno nostris fuit hominibus, quo ex ligni gre commoditas et nostras in prouincias redundat. Cum itaq; hic qui has ad V. Stem feret Mercator Germanus in eiusmodi merces magnam antehac impensam isthic fecisset, per quorundam tamen V. Serenitatis hominum ut asserit importunitatem tuto illas auehere per sæpe non potuit. Quod cum ita sit, eiusmodi aut Mercatorum industriam iuuarj nostrarum quoq; Regionum utilitati intersit: Petimus à V. Serenitate maiorem in modum, uelit, ut nostrorum hominum commoda, absq; ullo suo incommodo nequaquam impediantur, liberam posthac Buxeæ eius materiej mercaturam illi suo in Regno esse, mandareq; suis Magistratibus, ut omnem

isthic coemptum Buxum ~~[illegible]~~ auehendi, atq; nostras Prouincias transportandi potestatem eidem mercatori faciant, p̄sertim uectigalia, tributa, et quae praeterea pro eiusmodi mercium uectura ex more debentur libenter et fideliter exoluturo. Id si fecerit V. Serenitas eum, quo ipsam prosequimur amorem, et beneuolentiam plurimum adauxerit. Cui deniq; fortunatissima omnia caedere ex animo peroptamus. Dat. Vienne 10 Maij Anno MDLXIII.

Ad Regem Franciae ~~Commendatitia~~ Vt harum latore, qui p̄sepe propter hominum ~~[illegible]~~ Suae Serenitatis importunitatem Buxum auehere non potuit, ne nunc impediatur ~~apud~~ Magistratibus suis serio mandet.

Maximilianus &c.

80 Sane non una neq; leuis est causa, cur insperato isti V. Deuotionis infortunio, de quo paulo anteo ad me scribitur, uehementius ipsi quoq; condoleamus, dum V. D. cuius eximia uirtus et probitas meliori digna uere erat fortuna à patria sua, de qua ipsam non nisi bene meritam semper agnouimus, tam indigne tractatam animaduertimus. Veruntamen qua antehac rebus in grauissimis semper est usa, magnanimitate et constantia, quin hos etiam fortunae ictus exceptura sit V. D.o minime dubitamus. Quae ista omnia feret eo etiam facilius, quo plus p̄sidij in mente sibi recti conscia positum esse uidet. Qua in re si nra deniq; benignitas ullo modo est profutura, eam V. D.o, si unq; aliàs, nunc certe paratissimam uberrimamq; sibi adesse ut intelligat, benigne curabimus, eius eximia de Sac. Caes. M.te ac nobis et merita memoria nunq; depositurj Viennae Austriae 12 Maij A.o MDLXIII.

Ad Delphinum Legatum Summi Pont.

condolet Regia M.tas de infortunio ~~S. Deuo.ni~~ à Patria Suae Deuotionis oblato.

Sacra Cæs. Mtas Dne et
pater clementissime.

81 Ex eo, quem Sac. Cæs. V. Mtas. literis suis prima May scriptis insertum ad me misit, catalogo, quot, et quas personas Magnificus Georgius Comes ab Helfenstain Mtis vræ superiorum Austriacarum ditionum Locumtenens generalis, in maiorem Legationis à se meo nomine Romam suscipiendæ existimationem et ornamentu, itineris sibi Comites adhibere cogitet, equidem probè intellexi: atq; eiusmodi comitatum ipse quoq; obsequenter comprobo: duos tantum ab eo exceptos cupiens, videlicet Schmutzkantzgi et Rueber, quorum opera cum in aula mea incommodè hoc quidem tempore caream Juniorem Watzler et Christophorum Donrädl in illorum locum (dum id bona venia et consensu charissimi Dni fratris mei Archiducis Caroli fiat) recipi consuluerim.

Secretario pterea meo Latino. Joanni Andreæ à Schwanbach peculiarem suum, et mihi iuramento propediem obstringendu amanuensem saltem adiungi necessarium omnino duxerim.

Quæ ego nunc quidem Cæs. V. Mti pro debita obedientia et officio brevibus respondenda habui: Eius clementi et paterno tamē arbitrio omnia subyciens. Datæ Viennæ 12 May. Anno 63

Ad Sac. Cæs. Mtem.

Catalogi, ~~quo ppose~~ personarū istarū ~~personarū~~ quas D. Comes ab Hellfenstain in ~~itin~~ Legatione Romana sibi adhibere cogitat, Recepisse. Maximilianus

82 Ergo humiliter nobis exposuit, honesta nobis grata May.

dalena Stampin, quondam N. civis nri Viennen relicta vidua, qualiter ipsius maritus, bona fiducia ductus, nobili fideli nobis dilecto Georgio Manricque expetenti trecentos Coronatos aureos ante decennium, absq; usura brevissime restituendos, reddiderit, Eam verò summam post ab ipso Georgio Manrique sepius repetitam hactenus nunq; extorquere potuerit, quae illius creditoris detrectatio, non in leve suum liberorumq; damnum vergeret. Et idcircò nobis submisse supplicavit, Vt se, clementia et comendatione nra regia in eiusmodi pecunia consequenda clementer iuvaremus. Cum igitur eiusmodi nobis petitio minimè iniqua visa sit, neq; mutua offitia in fraudem seu detrimentum alterius neutiq; cedere debeant. A Tua Dil. amicè ac benignè petendum duximus, Quatenus Dil. tua aequitatis muneris q; sui ratione habita desolatae illi Viduae eiusq; liberis à dicto Georgio Manricque in debita sibi pecunia tandem reparanda, ope authoritateq; sua interposita, proq; solita sua pietate ita adesse velit, ne diutius illa tantum rerum suarum dispendium ferat. Vt certe Dil. T. sua et sponte facturam omnino confidimus mutuo aliquando benevolentiae nrae officio Dil. Tuae libenter gratificaturi. Quam benè et foeliciter Valere mognopere cupimus. Dat Viennae 13 May Anno

M D LXIII.

Ad Ducem de Sessa Gubernatorem Ducatus Mediolanen.

Vt Georgiu Manrique, Madalenae Stampin trecentos Coronatos ~~sibi~~ debitos, ~~ad solutionem~~ solvendos ~~mandet~~ ~~expellat~~.

83

Maximilianus.

Allatum ad nos est, quàm dura et indolerabilis poena à Dil.mo Vra et amplissimo istius Reip. Dominio sit indicta cui uestro Lombardo Collonio, cum ob occisū iampridem à famulo suo Julium Ferestum biennio iam carcere ista in Vrbe detentus, mulcta insuper mille Ducatorum occisi hæredibus soluenda ei imposita, in Candiā demum longissimam illam insulam uigniti in annos deportari uestro decreto iussus sit, Quapropter Nos fideli nostro dilecto Antonio Merentio Quæstori Tergestino, suppliciter à nobis expetenti, eundem Julium cognatum suum apud V. Dil. istudq; illustre Dominium nostra authoritate cōmendari pro nostra in illum benignitate clementer annuentes maiorem in modum et beneuolè admodum cupimus à V. Dil.o eum Julium non leuiter p̄sertim iamantea alienam potissimū ob culpam (ut ex dicto Merentio intelligimus) punitum et afflictum ita tractari, ut uel ab ista tam miserabili relegatione penitus liberetur, uel si id Vræ Dil.mi istiq; Dominio uisum non fuerit, in propiorē saltem Venetijsq; uicinum aliquem locum, breuiori indicto tempore relegetur, ubi honestæ matronæ Matri suæ, q̄ maximum eo unico in filio ætatis suæ infirmæ solatium posuit, opportunius adesse p̄it, utriq; aut miseriam suam mutuis officijs mitiorem redditam facilius ferant. Erit hoc sumæ pietatis uestræ in desolatam quidem foeminam, in Ipsum verò Julium æquioris

animi p̄clarum testimonium, nobis praeterea ita gratum, ut ex eo beneuolentia in V. Dil. nostra auctior sit accessura. Datae Viennae Austriae die 14 Maij Anno &c. M D LXIII°.

Ad Ducem Venetiae. Vt Lombardam Coloniam a tam miseri relegatione liberet, aut in propiorem saltem Venetijsque vicinum locum relegat.

Maximilianus

84

Quoniam magnopere cupimus uasa illa Maiolica, ut uocant, quae nobis destinata penes Aloysium Delphinum isthic asseruantur, tuto atque integra ad nos deferri, equidem benigne te adhortamur, ut in eiusmodi ab amplissimo istius urbis Dominio impetrando mandato, quo libera omni impedimento, loculoque suo immota et à nemine uel discoperta uel contacta (ne quid ex ijs rudiori forte tractatione rumpatur:) isthinc auehi licere iubeatur, operam tuam sedulò interponas: idque impetratum cum erit dicto Aloysio committi cumprimum cures. Qua in re gratum te nobis inprimis fecisse ut aliqn sentias, benigne efficiemus. Viennae Austriae XIIII May Anno M D LXIII°.

Ad Comitem Franciscum de Turre.

Vt Vasa Maiolica sine ruptione auehi curet.

Maximilianus &c.

85) Lombardum Collonium Venetæ Reip. subditum, quam ob cædem a ministro eius Dominum defensuro iampridem comissam, biennali iam carcere punitum, Amplissimum istius Vrbis Dominium in Candiam demum annis uiginti deportandum statuit, ut clementi nostra comendatione iuuaremus humiliter orantis Antonij Ferentij Quæstoris Tergestini precibus nos permoti, scribimus et instamus Illustri eius Reip. Duci, ut dictum Lombardum, uel ista seuera admodum deportationis poena omnino eximat, Vel locum saltem magis propinquum, tempusq; breuius eiusmodi diportationij destinet. Vellemus itaq; maximè tuam quoq; in eo consequendo operam et diligentiam sedulo adhiberi, ne spe sua miser ille penitus excideret. Facies in hoc officium nobis ualde gratum, quod in eundem cum cæteris compluribus tuis cumulum coniectum p clementi animo libenter agnoscemus. Viennæ XVI Maij Anno 63.°

Ad Comitem Franciscum à Turre

Vt diligentia et opera sua Lombardum Collonium adiuuet.

Maximilianus &c.

86) Binas Vestræ Deuotionis tras eius in nos officij et obseruantiæ testes sane locupletissimos haud longo temporis interuallo accepi:

mus: et cum prioribus quidem Vniuersalibus in Galliae Regno pacis nuper institutae capita singula ad nos missa, eò nobis gratiora à V. Deuo:ne obtigere, quò tantae Gallicarum rerum necessitati medendi aliquam tandem ratiem miri desiderantius iam pridem expetebamus. Alteris uerò ab eadem V. Deu:ne scriptis R:mi Cardinalis Lotharingiae amici et consanguinei nri inclusae nobis itidem paucos ante dies sunt redditae, cui Cardinali cum his coniuncta copiosè cùm respondeamus epistola, longius ad V. Deu:em nunc non scribimus, hoc tantum petentes, ut eam epistolam ad eundem Cardinalem prima quaq; occasione transferri curet. Caeterum si quid in V. D:e iuuanda possumus, id ea semper benignitate prosequemur, quam eius et virtutem et eximia in nos studia mereri sponte agnoscimus. Datae Viennae Austriae 18 Maij Anno MDLXIII.o

Maximilianus etc.

Ad Legatum Galliae Epm. Remen. Litterarum suarum de Vniuersali in Regno Galliae pace scriptarum Rempisse.

Maximilianus etc.

87

Re Reuerendissimi in Chro patris, Mantuani Card.lis fe.me amici et consanguinei nostri chariss.mi uirtute et prudentia excellenti, quo maior nobis à multo iam tpe spes erat, fore ut illius consilio, et opera plurimum comodj miserando huic Religionis statui esset accessurum, eò sanè grauior nobis fuit illius de obitu nuntius, quem tam aliorum, quàm Vrae et Re. Do: tris non ita pridem ad nos scriptis intelleximus.

stuq; cur V. Deu.ni tanti uiri iacturam Christiano orbi factam non
inerito lugenti, ipsi quoq; uehementius nonnihil condoluerimus, pter
istum comunem cum optimis quibusq; dolendi causam. Singularis illa
qua ipsum uiuentem eius ob ririssimas uirtutes, et assidua in
nos obseruantiæ studia magnopere complexi sumus, beneuolentia,
plurimum sane momenti attulit. Sed iuuit tamen nos non parum
ista optimæ V. D.is in nos propensionis testificatio, cum ipsa in nobis
unis doloris sui solatium ponens obsequia sua et animi deuotionem
tam studiose tamq; reuerenter nobis deferat. Ex quo certe effectum
est, ut in eo amicitiæ et necessitudinis uinculo, quo nostra cum V. D.
familia coniuncta sane diu fuit, porro libentius etiam perseuerantes
officijs etiam benigni et beneuolentis animi, si cum res feret, clementer
simus comprobaturi. De cætero V. D.em foelici rex suarum successu
Deus perpetuo fortunet. Viennæ 20. May A.o M.D.LXIII.

Ad Car.lem Herculem Gonzagam.

Responsoria. Crax suarum
de obitu Card.is Mantua-
ni scriptarum.

Maximilianus 2d

Egregie f. n. d. Quod in ijs, quæ scire nostra è re esse putas,
ad nos perscribendis operam et studium tam gnauiter impendis
id sane singulari abs te benignitate accepimus, quam maiorem tibi
uberioremq; etiam conciliaueris, si porro curatum à te fuerit,
ut, quæ in posterum istis in partibus acciderit, ad nos eadem di-
gentia, quam antehac pluribus in literis, quæ nobis fideliter
omnes sunt redditæ, egregiè attestatus es, deferantur.

Quoniam itaq; res ita sese isthic habuant, ut ex te intelligimus, sane hoc quidem tempore ad nos ut excurras, minime consultum, sed tua nobis p̄sentia isthic potius opus, uel per hanc æstatem omnino erit. Autumno uero aduentante, siquidem interea commodior itineris eius instituendi dabitur occasio, de tuo ad nos aduentu ~~benigne~~ te rogantem, benigne admonebimus. De cætero et clementia te nr̄a libenter adiuturi. Dat. Vienna 22 die May. Anno MDLXIII.

Ad Martinū Tengotartum.

Litteras Sac. Cæs. Mtis Vræ XVI. May datas, ijsq; coniuncta omnium eorum tractatuum qui quidem inter eandem V. Mtem et Rmum Cardinalem Moronum intercesserunt exemplaria pro debita mea in V. Mtem obseruantia et obsequio à me accepta ac quatuor illis Secretiorib. Consiliarijs, asciri quos iussit V. Mtas, adhibitis diligenter perlecta sunt, et audita.

XXIII.

89

Et quanquam hæc p̄clara sint testimonio, quam paterna quamq; syncera plane fide et animo V. Mtas sese ipsam, hoc est, pium et uere Christianum Imperatorem ubiq; referens, ut antehac semper, etiamnum laboret: in ista potiss. tractatione: In qua certe V. Mtas cum supremam operam et diligentiam impendit: tum eiusmodi mansuetudine et humilitate quibuscunq; in rebus, erga summum Pont. est usa,

quamalorem uix alius, etiam multò minoris authoritatis princeps praes-
re, magisq; demissè demulciendo Pontifice eiusq; officium attinentia, dis-
mulando conniuendoq; sese gerere possit. Quae sanè oia optimo zelo
V. Mte eō esse facta, apud me dubium est nihil, ut tanta humanitate
deuicti tam ipsius Pontificis quam Cardinalium animi ad desolatam et
discissam tantopere Christianae Ecclae faciem, propius contemplandam
inducti sese ipsos tandem penitus agnoscerent, pijssima item monita
cordj magis haberent, syncerius deniq; quam hactenus negotium
suum aggressi, prosequerentur. Quod ipsa etiam extrema horum tem-
porum necessitas, cui cum periculosiss. plane saucia uulnere tota Chri-
stiana Religio tam Ecclesiasticorum pcipuè status, est expositus.
At ex his tamen omnibus, q̄ à V. Mte cum Cardinale Morono sunt
acta, non obscurè deprehendere nihil uideor, exiguam admodum
aut nullam ferè nobis de fructu et utilitate è Tridentino Concilio
haurienda spem esse reliquam. Etenim in quem finem potissimum
tendant Pontificiorum consilia hic tractatus egregiè detexit: in
quo Moronus larua satis superq; semota, seipsum suosq; asseclas pcu-
rè inspiciendos et agnoscendos abtulit. Et ut maxime nihil
pterea eiusmodj incidisset: uel id solum quod ab illis in expun-
gendo, quem reformationis articulo additum uiderant, CAPE
uocabulo tantopere laboratum est, sufficerit, indicium profectò
euidentissimum, eorum, q̄ ex parte Curiae Romanae porro sperant
sint: quandoquidem id uerbi non sanctissimorum solum Ecclae stat
exigerent. Atqui eius facti Pontifices idem ferre minime puduit
quod ijsdem patrum libris et sacrosanctis Concilijs recepta. ne

nunc quidem Jure inuerti poterit.

At quoniam ista iam sint transacta, et in ijs Sa. Caes. Mtas V. ac pterea multis in alijs Morono cesserit, moremq; gesserit, ea altius iam non repetenda, neq; in disputationem amplius reuocanda duxerim. Veruntamen cum ex his, quod initio dixi, luculenter appareat, istius V. Mtis paternae omnino et optimae uoluntatis, ab alia parte rationem ualde exiguam haberi, atq; adeo pro eiusmodi illorum instituto tanto minus comodi ex concilio in posterum esse expectandum: Equidem pro filij uere obsequentis atq; amantis officio ipse plane consuluerim, ne diutius istis in partibus V. Mtas porro detineri se pateretur, sed prima quaq; occasione alijs suis arduis et maximi omnino momenti negotijs, quarum Christiano orbi non minus interest, affutura, huc se conferat. Etenim meu sane opinione, si Concilium fructus nullus consequatur, consultius multo fuerit, ab illo V. Mtem longe abfuisse, et magis etiam, si re penitus infecta (quod ualde metuendum) id dissoluatur.

Et quoniam clementer adhuc meminisse V. Mtem arbitror, quantum de Religionis negotio spem huic Austriaco infra Anesum Populo suo in nouissimo prouinciali conuentu per me pbuerit: fore scilicet. Vt V. Mtas cum primum huc redierit, eiusmodi curam et tractationem esset susceptura, inq; hoc potius

mum paterne laboratura, quo uel in suis tandem hæreditarijs provinc
Religionis dissidia, quanto melius et citius fieri posset, componen
uel sedatiora redderentur, atq; ex ijs indies nascentia grauissima
sustollerentur incomoda. Itaq; clementer V. Mtem petijsse, ut
is populus tantillum temporis patientius ferret, nihil porro diffidens
V. Mtem eiusmodi iam statim cogitationi mentem benigne aduerte
re, qua cum huic tum alijs in rebus Populo huic suo paterne consulat
opemq; ferat. Etenim meo quidem iudicio nihil est prorsus, quod
V. Mtas ei sententiæ porro innitatur, ut hunc populum, spe Conci
lij, diutius distinendum putet, qui hac contentus minime futurus
factæ potius sibi à V. Mte promissioni totus inhæreat, quemad
modum supra Anesum Provincia iam antea ea de re nobis
instituit, cui ego ad eum modum, quo hisce inserta sub A. et B.
signo continetur, respondi.

Quapropter clementissime Cæsar et Dne et pater obseruandissi
me, q ego huius rei noe V. Mtem semel atq; iterum Augusta,
atq; hinc etiam scriptis ad eam tris obsequenter et pro filiali
plane pietate admonui, nunc et demisse à me tertio repetita
ipsamq; V. Mtem obedientissimi filij precibus rogatam enixe
uolo, ne hoc in casu et Concilio solo pendeat, sed paterna pot
clementia christianoq; animo consyderet, quis tandem rerum
exitus imminet, nisi huic deplorandæ Christianæ Religionis æq
tudini, qua hæ maxime inferioris Austriæ partes laborant, præse
tanea et salutaris aliqua medicina afferatur. Et pterea, qui

hanc ægritudinem consequitur, tot millium Christi fidelium animarum interitus pervertatur novarum indies peregrinarum suppululantium Sectarum execrandarum præcisa materia.

Hæc autem omnia à me V. Mtem ita clementer et paterne suscipere, ut fideliter Deum testor, bona et syncera mente sunt inducta, maiorem in modum cupio. Viennæ. 23. May. Anno 63 etc.

90) Clementissime Cæsar idemque Dne et genitor observandissime. Scriptis iam tris illud etiam in mentem incidit, quod V. Mti pro singulari observantiæ erga eam affectu, quin commemore, pretereundum minime duxi, Scilicet abusuum illorum, qui apud Epos, Canonicorumque Collegia et Universalem insuper Germaniæ Clerum confertim irrepserunt, ennumerationem sive Nota in farragine missarum scripturarum tra B notatam, emendationi correctionique submittendam à V. Mte esse traditam, mihi maiori ex parte, eorum presertim, ex quibus Romanis aucupijs occasio precluditur, magnopere comprobari. Atque ea quoque res summæ utilitati meo iudicio fuerit, si æqualitatis saltem habita ratione, eadem tam in ipsum Caput eiusque membra, quàm in Imperij Prælatos severitate animadverteretur: neque à capite membra, eaque à seipsis separata Reformationi subtraherentur.

Nam si hoc modo res instituatur, ut qui Imperio subsunt.

+

Archiepis et Epis ad Concilium compulsis et coactis, in eo tandem nihil q̃ de iminuendis abrogandisq; ipsorum in sacro Imperio immunitatibus, Exemptionibus et eiusmodi alijs quarundam fundationum maxime prorogatiuis agatur, atq; adeo Censura in ipsos potissimum acuetur: Equidem ualde metuerim duo maxime incomoda ista ex imparitate subsequutura: Primum, ut V. M. tanq̃ supremo Capiti eiusmodi iniquitatem non fuisse praeuentam imputetur: Deinde illi fortasse eadem inaequalitate offensi non eiusmodi solum censuram parui pendant: Sed Aptus etiam Sedis, Conciliorumq; authoritas apud ipsos uilescat.

Etenim quo animo Archiepcos maxime Electores, qui Cardinalibus in ambitione nihil plane cedunt, futuros existimandum est si ipsi tanto rigore ab intimis usq; penetralibus reformandi hos impunitos in licentiosa illa sua libertate agentes aspexerint. Ego certe illos difficillime, id ut ferant, inductos iri existimaui.

Quare Sac.ae Caes. V. Mti re adhuc integra, diligenter considerandum uenit: Sintne ad Concilium tantopere compellendi et urgendi Imperij Praelati, ne forte Ecclesiastici cum Laicis pariter aliqn abalienentur.

Praeterea, nisi comuni eorundem Imperialium consensu Vniuersalis aliqua Legatio ad Concilium destinetur, uerendum est plane, ne pauci missi parum et efficiant: atq; ab his caeteri praeiudicium sibi ferri minime patiantur. Atqu

cum hoc casu ad Deputationes etiam Nationum descensum fuerit: Quo tamen è medio illæ ritè fiant, et secundum Veterum Conciliorum normam, Moroni sententia magnopè est dissona.

Multo uerominus ijdem Imperij Archiepi et Epi à nouis illis Inferioris Germaniæ Præsulibus detrahi sibi ycq̃ ferent.

Fieri p̃terea possit, ut eiusmodi seorsim Imperialibus indicta correctione, relictaq̃ sua Curiæ Rom. licentia: atq̃ adeo nulla Vniuersali suscepta Reformatione, ansa ijsdem Imperialibus p̃beatur, ut contra Concilium uti partium studens, æquè ac illi, qui Augustanæ sunt confessionis, protestentur.

Hæc aut̃ non eò à me referũtur ut si ita fiant, ipse sim comprobaturus, sed admonẽdi saltem animo, ut Sac. Mtas Vrã eiusmodi incõmodo cum inciderint, de Ecclesiasticis Imperij Statibus quid statuendum quidue consilij capiendum, maturius præuideat, non ob oblita interim obsequia et studia eorundem fidelia, optimamq̃ illam in se et me quoq̃ uoluntatem, quæ utrisq̃ omni sedulitate et humilitate hucusq̃ p̃stiterunt, ac proinde, ut in eos à Romanis Pontificijs, qui ipsi tamen im̃unes abeant, tanta asperitate animaduertatur, nequaq̃ merentur.

Quare meo quidem arbitratu nihil unq̃ frugis Concilium nobis pro-
xerit, nisi aequalis atq̃ adeo Vnitis à vertice usq̃ ad Plantam in-
tuatur Reformatio. Quae etiam potissima est causa cur ista
Moroni declaratio spem oīs expectati fructus mihi excusserit.

Atq̃ haec ferè sunt, de quibus ego liberi et Candidi plane
animi mei sententiā, officiose et reuerenter, ut debeo V. Mti
absq̃ ulla dissimulatione expositum volui, eandem V. Mtem
pro summa mea obedientia rogans atq̃ obsecrans, ut benignū
et paternum vicissim his animum intelligendis afferat. Vien
23 May. Anno MDLXIII°.

Post oīa scripta, hoc ipso mane, q̃ V Mtis iussu transmittendi
erant cha.mo fratri meo Archiduci Ferdinando scripta singu-
ut erant ad me delata, unà cum literis ab eadem V. Mte ad
eius Dil.mum datis, per postam in id à me destinatam trans-
ferrj curaui.

Ad Sac. Caes. Mtem Trarum. quas D. Car.lis Moronus S.
S.ris Mti miserat, Recepisse. Rogatq̃ Regia Mtas, Vt Caes. Sua Mtis de
prouinciarū haereditariū Religionis dissidia sustollenda apud Concilium curet,
Praeterea, ut de Archiepor Epor et Praelatorū et Imperij immunitatibus exemp-
nibusq̃ et aliis fundationū progatiuis noua omnino fiat reformatio.

91 Quoniam Generosus et Mcus Dnus Adamus à Dietr
stam eiusmodi fideiussionem pro Mco ac Generoso Dn. Claud
de Quinomes Comite de Luna et apud Nicolaum Gaderma

Cuem et Mercatorē Viennensem subijsse se non inficiatur, mandat eidem Dnō Adamo Sac. Rom. Regia Mtas ut eam pecuniæ summam, pro qua ab ipso fideiussum est, quatuor millium scilicet Nonigentorum et sexaginta quatuor aureorum Rhenensium, intra octiduum omnino exoluat, satisfaciat, fidemq; datum liberet: Id quod Ius et æquum exigit, et eiusdem Sac.ae Rom. Reg.ae Mtis seria est uoluntas et sententia.

Decretum per Regē vt D. Adamus à Dietrichstein ~~Nicolaū Gadermair~~, qui fideiussionē pro ~~M~~ Comite de Luna subijt. / Nicolaū Gadermair intra octiduum exoluat. /

XXIII.a Maij Anno p LXIII.o